

propter deum esse factam, volumus et concedimus ut iam dicta ecclesia sancti Thomae et collegium in ipsa domino deserviens praedictis stupae fundo et superaedificatis cum aliis eorum pertinentiis cum omni honore et utilitate, quae nunc inest vel inesse poterit in futuro, iure proprietatis gaudeant nunc et semper. Et ut dictam ecclesiam et ipsius collegium ampliori gratia prosequi videamur, adiciamus et concedimus ut saepedicta stupa, fundus ipsius et omnia superaedificata ad ipsam pertinentia exempta esse debeant, libera et soluta ab omni exactione seu precaria, quam officiales nostri vel civitatis collegium ab eadem annis singulis requirere et recipere consueverunt. Ne autem super huiusmodi ordinatione et donatione nostra in posterum alicui dubium oriatur, praesenti litterae nostri sigilli characterem appendi iussimus pro munimine sempiterno. Cuius rei testes sunt fideles nostri Theodericus de Bore, Albertus Knut, Tanno de Haldecke, Rudegerus de Geilnowe milites, magister Johannes de Burchartshain prothonotarius noster, Tilmannus Cellerarius, Johannes dictus Auriga cives nostri. Actum et datum anno domini millesimo trecentesimo primo in capite ieiunii.

Nach dem Orig. im Rathsarchiv zu Leipzig. Das an Pergamentstreifen befestigt gewesene Siegel ist abhanden gekommen.

Vogel Leipz. Chron. S. 168. — Schöttgen u. Kreysig diplomat. Nachlese I. S. 65. — Wilkii Ticemannus Cod. dipl. p. 151.

No. 53. 1301.

Der Rath spricht seine Zustimmung dazu aus, dass die von Landgraf Dietrich dem Kloster geeignete Bädestelle von landesherrlichen und städtischen Erhebungen befreit bleibe.

Nos Johannes Auriga, Cunradus Papa, Hermannus de Woluishain, Arnoldus Funicularius, Johannes de Merica, Albertus Rumelhart, Henricus de Elversdorf, Johannes Poznac, Henricus Niger, Hallo, Theodericus Grube, Cunradus de Cice consules civitatis Lipzk notum esse cupimus omnibus quibus praesens scriptum ostensum fuerit, quod ad hoc consensum nostrum dedimus universi, quod fundus stupae quae Cigelstube dicitur cum omnibus super aedificatis vel super aedificandis, cum omni utilitate et fructu qui inest vel inesse poterit, ita tamen quod stupa balnearis semper ibi maneat, liber sit et solutus ab omni exactionis vel precariarum onere, quod collegium civitatis vel officiales dominorum antea petere solebant vel requirere ab eodem, secundum donationem, quam illustris princeps noster dominus Theodericus iunior Thuringorum lantgravius ad honorem dei et gloriosae matris eius Mariae nec non ob honorem sancti Thomae apostoli fratribus eiusdem loci sancti Thomae scilicet in dicto fundo liberaliter secundum principalem magnificentiam est largitus. Et quia hoc a nostris successoribus sicut a nobis inviolabiliter volumus observari, praesentem litteram super eo conscriptam dominis de sancto Thoma dedimus sigilli nostri munimine communitam. Datum anno domini M^o.CCC^o primo.

Nach dem Orig. im Rathsarchiv zu Leipzig. Das an einem Pergamentstreifen befestigt gewesene Siegel ist abgerissen.